

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Solitudo et tumultus i
cum fonte primo

Solitudo sicut nouit emendatis
moribus contemplationem purissimam
reserare et intuitu scincerissimo
spiritualium sacramentorum scienciam
reuelare, ita eorum qui minus emendati
sunt uicia non solum seruare, uerum
eciam exaggerare consueuit.
Tandiu paciens sibi quisque uidetur et
humilis, donec nullius hominum
commiscetur consortio,
ad naturam pristinam reuersurus
cum interpellauerit cuiuslibet
occasionis commotio.

Iohannes Cassianus de institutione
monachorum libro VIII.

solitudo namque sicut nouit emendatis
moribus contemplationem purissimam
reserare et intuitu sincerissimo
spiritualium sacramentorum scienciam
reuelare, ita eorum qui minus emendati
sunt uicia non solum seruare, uerum
etiam exaggerare consueuit:
tandiuque sibi paciens quis uidetur et
humilis, donec nullius hominum
conmiscetur consortio,
ad naturam pristinam mox reuersurus,
cum interpellauerit cuiuslibet
commotionis occasio.

Iohannes Cassianus, *De institutis
coenobiorum*, 8, 18 (CSEL 17, M.
Petschenig ed., p.162, ll.5-12).